In NOMINE DOMINI AMEN.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae: magnus Dux Lituaniae; necnon terrarum Cracovien, Sendomirien, Siradien, Lencicien, Cuiavien, Russiae, Prussiae, Masoviae, Culmen, Elbingensis, Pomeraniae etc. dominus et haeres significamus tenore praesentium quorum interest universis tam iis qui nunc sunt quam qui postea futuri sunt. Exhibitas esse nobis pro parte Proconsulis, Consulum, totiusque communitatis Civitatis nostrae Prossoviensis, serenissimi olim domini Joannis Alberti Regis Poloniae praedecessoris nri literas in pargameno scriptas, titulo et sigillo eiusdem munitas, integras et nulli suspitioni obnoxias confirmationem certarum immunitatum et privilegiorum in se continentes, supplicatumque, ut illas innovare, approbare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem tenor sic habet. In NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Culminis Regii proprium sit universorum subiectionem sibi virtute fidelitateque attributam, munificentia Regia rependere quodque ob eorum decreverit intuitum literis perhennibus perpetuatum efficere. Proinde nos Joannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae: necnon terrarum Cracoviae, Sendomiriae, Siradiae, Lenciciae, Cuiaviae, supremus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae ac Culmensis et Elbingensis Pomeraniaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium quibus expedit universis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo attendentes singularem egregiamque virtutem et animi constantiam Providorum Praeconsulis et Consulum et universorum Civitatis Prossovicze Incolarum hac praesertim tempestate Regni nri per mortem divi olim parentis nri vacantis Cuius soli foelices et immediati sumus successores in nos exhibitam qui sicut Alti olim paternae fideles esse consueverant sic eo morte absumpto Sacrae proli ipsius Regiae, non minus fideles esse cupientes, neminem alium quam nosmet omni desiderio et affectu usque ad nostri electionem coronationemque prosperatam visi sunt postulasse. Propter quod nos tantae eorundem virtutis et fidei indicium memorabile ac perpetuum efficere, perpetuaque munificentia Regia ipsos et Civitatem praedictam complecti cupientes de certa scientia et innata nobis benignitate Regia, ipsis omnes et singulas libertates, praerogativas, privilegia, indulta, donationes, literas et munimenta Civitati praedictae per serenissimos Illustrissimosque praedecessores nros Reges et Principes Regni Poloniae sub quibuscunque modis, conditionibus, et tenoribus, quos hic habere volumus pro insertis iuste tamen et legitime concessas, et concessa in omnibus punctis et articulis roborandas, confirmandas, ratificandas, et gratificandas, ac roboranda, confirmanda, ratificanda et gratificanda duximus et decrevimus Roboramusque ratificamus, gratificamus, et confirmamus tenore praesentium mediante, decernentes illas et illa vere perpetue indubiae et inviolabilis firmitatis robur obtinere in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Actum in Conventione Piotrcoviensi generali feria quinta post dominicam Invocavit proxima. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Praesentibus ibidem Illustrissimo Principe Reverendissimisque et Rndis in Christo patribus dominis ac Magnificis, Venerabilibus et Generosis Friderico electo confirmato Cracovien, Andrea Roza Archiepo Theomonien et coadiutore Leopoliensi, Petro Vladislaviensi, Uriele Posnanien, Mathia Chelmen. episcopis. Nicolao Primus Praemislien, Petro Camenecen postulatis eccarum, Joanne Amor de Tarnow castellano, Spitcone de Jaroslaw Palatino Cracovien, Joanne Svidva Calissien, Nicolao de Kutno Lancitien, et Capitaneo maioris Poloniae generali. Mathia de Sluzow Juniwladislaviensi, Joanne de Oporow Braeslensi, Joanne de Pilcza Russiae generali, Dobeslao de Kurozwanki Lublinensi, Andrea de Kozlow Ravensi Palatinis: Joanne de Ostrorog Castellano Posnaniense, Creslao Decano et canonico cathedralis et Sancti Michaelis Praeposito in castro Cracoviensi Cancellario, Petro Thesaurario et capitaneo Cracovien generali de Kurozwanki. Gregorio de Lubrancz Skarbimiriensi et sancti Floriani Praeposite eccarum Vicecancellario Regni nri. Andrea de Szamotuli calissiensi, sendivogio de Czarnkow Gnesnense, Nicolao de Kurozwanki siradien. Andrea de Voro, cimin Lencicien, Andrea de Olesnicza sandecen, Andrea de Thenczin Vovnicen, Nicolao de Cuthno Gostinen, Nicolao de Ostrow Biecen, stanislao de Sidlowiecz Radomien, Ambrosio Pemponski Rosperiense, Dobrogostho de Ostrorog Miedzirzecense, stanislao Kmita de Visnicze Praemislien, Slawiecz de Niemiglow castellano et capitaneo sochaczovien, Joanne de Przitik Zarnovien, Petro Mislcowski Vielunen et Alberto Gorski Landen castellanis, caeterisque Praelatis, Baronibus, curiensibus subditis nris ad praemissa testibus sincere, devote et fidelibus nris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Kurozwanki regni nri Cancellarii sincere nobis dilecti. Creslaus cancellarius sst. Relatio praefati venerabilis Creslai de Kurozwanki regni Poloniae cancellarii. Nos igitur Sigismundus Augustus Rex praenominatus supplicationi eius annuentes literas praeinsertas innovamus, approbamus, et confirmamus literis hisce nris, decernentes eas et omnia in eis contenta robur debitae et perpetuae firmitatis habituras. In cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Vilnae die undecima Mensis Julii, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo septimo. Regni vero nri anno vigesimo octavo. Praesentibus Rdis, Rndo et Generosis Gabriele Tarlo Radomien. et serenissimae dominae Coniugis nrae curiae magistro ac chelmen capitaneo. stanislao Wolski de Podbaicze Brzesiniensi, Nicolao Radziejowski Gostinense castellanis, Joanne Ocieski Regni nostri Cancellario ac Cracoviensi, Osvienczimen, Zathorien Ducatuum, sandecense, olstinenque Capitaneo. Joanne Przerembski Regni nostri Vicecancellario, Praeposito Gnesnense, Decano et Canonico Cracovien. ac Vilnen et sancti Floriani in Kleparz Praeposito. Nicolao Trzebuchowski Cubiculi nostri Praefecto, Burgrabio Cracovien, ac Brzesten. Lelovien, Rogozniensque Capitaneo. Stanislao Mislowski Tribuno Cracovien, Structore mensae nostrae ac Marieburgensi Rathmensque capitaneo. Alberto Crisski succamerario Plocensi et capitaneo Dobrinensi. Andrea Przerembski cracoviensi, Stanislao Kamkowski Vielunense Canonicis Secretariis nostris. Et aliis quam plurimis fide dignis officialibus et aulicis nostris circa praemissa existentibus. Datum per manus [illegible] Joannis Przerembski Regni nostri Vice[illegible]

Ad Acta Magistratualia Officii Regiae Urbis Metropolis Cracoviae. Die 10. Mensis Junii A. D. 1796. praesens Privilegium per [illegible] porrectum susceptum et inductum [illegible]

Thomas Krzanowski
Syndicus Cracoviensis.

Wciągnięto w Bióro [illegible] Podprefekta [illegible]
[illegible] dnia 19 [illegible]
815

[illegible]

In NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei memoriam. Nos SIGISMUNDUS
AUGUSTUS Dei gratia Rex Poloniae: magnus Dux Lituaniae; necnon terrarum Cracovien, Sendomirien, Siradien, Lencicien, Cuiavien, Russiae, Prussiae, Masoviae, Culmen, Elbingensis, Pomeraniae etc.
dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quorum interest universis tam iis qui nunc sunt quam qui postea futuri sunt, Exhibitas esse nobis pro parte Proconsulis, Consulum, totiusque communitatis Civitatis
nostrae Prossoviensis, SERmi olim domini Joannis Alberti Regis Poloniae praedecessoris nri literas in pargameno scriptas, titulo et sigillo eiusdem munitas, integras et nulli suspitioni obnoxias confirmationem certarum
immunitatum et privilegiorum in se continentes, supplicatumque, ut illas innovare, approbare, et confirmare dignaremur. Quarum quidem tenor sic habet. In NOMINE DOMINI AMEN. Ad perpetuam rei
memoriam. Culminis Regii proprium sit universorum subiectionem sibi virtute fidelitateque attributam, munificentia Regia rependere quodque ob eorum decreverit intuitum literis perhennibus perpetuatum efficere.
Proinde nos Joannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae: necnon terrarum Cracoviae, Sendomiriae, Siradiae, Lenciciae, Cuiaviae, supremus Dux Lituaniae, Russiae, Prussiae ac Culmensis et Elbingensis Pomeraniaeque
dominus et haeres etc. Significamus tenore ptium quibus expedit universis ptibus et futuris harum notitiam habituris. Quomodo attendentes singularem egregiamque virtutem et animi constantiam Providorum
Praeconsulis et Consulum et universorum Civitatis Prossovicze Incolarum hac praesertim tempestate Regni nri per mortem divi olim parentis nri vacantis Cuius solii foelices et immediati sumus successores in nos exhi-
bitam qui sicut alti olim paternae fideles esse consueverant sic eo morte absumpto Sacrae proli ipsius Regiae, non minus fideles esse cupientes, neminem alium quam nosmet omni desiderio et affectu usque ad nostri electio-
nem coronationemque prosperatam nisi sunt postulasse. Propter quod nos tantae eorundem virtutis et fidei iudicium memorabile ac perpetuum efficere, perpetuaque munificentia Regia ipsos et Civitatem praedictam
complecti cupientes de certa scientia et innata nobis benignitate Regia, ipsis omnes et singulas libertates, praerogativas, privilegia, indulta, donationes, literas et munimenta Civitati praedictae per SERmos Illustrissimosque
praedecessores nros Reges et Principes Regni Poloniae sub quibuscunque modis, conditionibus, et tenoribus, quos hic habere volumus pro insertis iuste tamen et legitime concessas, et concessa in omnibus punctis et articulis
roborandas, confirmandas, ratificandas, et gratificandas, ac roboranda, confirmanda, ratificanda et gratificanda duximus et decrevimus Roboramusque, ratificamus, gratificamus, et confirmamus tenore ptium
mediante, decernentes illas et illa vere, perpetuae, indubiae et inviolabilis firmitatis robur obtinere in aevum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ptibus est subappensum. Actum in Conventione Piotrco-
viensi generali feria quinta post dominicam Invocavit proxima. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Praesentibus ibidem Illustrissimo Principe Reverendissimisque et Rndis in Christo patri-
bus dominis ac Magnificis, Venerabilibus et Generosis, Friderico electo confirmato Cracovien, Andrea Roza Archiepo Theomonien et Coadiutore Leopoliensi, Petro Vladislaviensi, Uriele Posnanien, Mathia Chelmen, episco-
pis. Nicolao Primus Praemislien, Petro Camenecen postulatis ecclarum, Joanne Amor de Tarnow castellano, Spitcone de Jaroslaw Palatino Cracovien, Joanne Swidwa Calissien, Nicolao de Kutno Lancicien, et Capitaneo
maioris Poloniae generali, Mathia de Sluzow Junivladislaviensi, Joanne de Oporow Brzestensi, Joanne de Pilcza Russiae generali, Dobeslao de Kurozwanki Lublinensi, Andrea de Kozlow Ravensi Palatinis: Joanne
de Ostrorog castellano Posnaniensi, Creslao Decano et Canonico cathedralis et Sancti Michaelis Praeposito in castro Cracoviensi Cancellario, Petro Thesaurario et Capitaneo Cracovien gnali de Kurozwanki, Gregorio
de Lubrancz Skarbimiriensi et Sancti Floriani Praeposito ecclarum, Vicecancellario Regni nri, Andrea de Szamotuli Calissiensi, Sendivogio de Czarnkow Gnesnense, Nicolao de Kurozwanki Siradien, Andrea de Wro-
cimin Lencicien, Andrea de Olesnicza Sandecen, Andrea de Thenczin Voinicen, Nicolao de Cuthno Gostinen, Nicolao de Ostrow Biecen, Stanislao de Sidlowiecz Radomien, Ambrosio Pempowski Rospiriense, Dobrogostio
de Ostrorog Miedzirzecense, Stanislao Kmita de Visnicze Praemislien, Slawiecz de Niemiglow castellano et capitaneo Sochaczowien, Joanne de Przitik Zarnovien, Petro Mislcowski Vielunen et Alberto Gorski Landen
castellanis, caeterisque Praelatis, Baronibus, Curiensibus subditis nris ad praemissa testibus syncere, devote et fidelibus nris dilectis. Datum per manus eiusdem venerabilis Creslai de Curozwanki Regni nri Cancel-
larii syncere nobis dilecti. Creslaus cancellarius sst. Relatio praefati venerabilis Creslai de Kurozwanki Regni Poloniae cancellarii. Nos igitur SIGISMUNDUS AUGUSTUS Rex prae-
minatus supplicationi eius annuentes literas praeinsertas et innovamus, approbamus, et confirmamus literis hisce nris, decernentes eas et omnia in eis contenta robur debitae et perpetuae firmitatis habituras. In
cuius rei fidem sigillum nostrum ptibus est appensum. Datum Vilnae die undecima Mensis Julii, Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo. Regni vero nri anno vigesimo octavo. Prae-
sentibus Rmis, Rndo et Generosis Gabriele Tarlo Radomien, et SERmae dominae Coniugis nrae curiae Magistro ac Chelmen capitaneo, Stanislao Volski de Podhaicze Brzesinensi, Nicolao Radzieiowski Gostinense
castellanis, Joanne Ocziesski Regni nostri cancellario ac Cracoviensi, Oswiecimen, Zathorien, ducatuum Sandecense, Olsztinenque Capitaneo, Joanne Przerembski Regni nostri Vicecancellario, Praeposito Gnesnense,
Decano et Canonico Cracovien[illegible], ac Vilnen et Sancti Floriani in Kleparz Praeposito, Nicolao Trzebuchowski, Cubiculi nostri Praefecto, Burgrabio Cracovien, ac Brzesten, Lelovien, Rogozenque Capitaneo, Stani-
slao Mishowski Tribuno Cracovien, Structore mensae nostrae ac Marieburgensi, Rathmenque capitaneo, Alberto Criski succamerario Plocensi et capitaneo Dobrinensi, Andrea Przerembski Cracoviensi, Stanislao Kar-
kowski Vielunense canonicis Secretariis nostris. Et aliis quam plurimis fide dignis officialibus et aulicis nostris circa praemissa existentibus. Datum per manus Reverendi Joannis Przerembski Regni nostri Vice-
cancellarii, Praepositi Gnesnensis, Decani et Canonici Cracoviensis, ac Vilnensis et Sancti Floriani in Kleparz Praepositi, syncere nobis dilecti.

Joannes Przerempski
R. P. Vicecancell. sst

Relatio praefati Reveren Joannis Przerembski R. P. Vicecancellarii, Praepo-
siti Gnesnen, Decani et Canonici Crac., ac Vilnen et sancti Floriani in Kleparz Praepti

Productt coram DD Lustratoribus ... Decembris
A D 1663

Confirmatio ...
Augusti Regis ...
in Anno Dni 1557

Przywiley konfirmacyi wszystkich Przywilejow Praw y wolnosci. Ao 1557.